



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Eligendus in Prælatum Ecclesiasticu[m] duabus debet pollere virtutibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

1.2.2 Electio Prælati.

immoderatus est potus secundum quantitatem vel qualitatē, & hoc si aduertenter aut negligenter accedit. Peius tamen si ex intentione: est enim tunc prope mortale: non tamen est mortale: quia nec attingit ad completam ebrietatis rationem: nec notabile damnum rationis eligitur.

Eligendus in Prælatum Ecclesiasticū duabus debet pollere virtutibus.

Electio Ecclesiastici pastoris debet in foro conscientiae fieri de homine habente duas conditio-nes. Prima est, quod sit bonus, hoc est sine peccato mortali. propter hoc enim dominus ter Petrum interrogavit si haberet charitatem. Secunda est, quod sit melior cæteris cognitis, qui possent eligi & haber. Melior autem, non quantum ad bonitatem vitæ sed quantum ad regimen illud nunc & hic respectu talium ouium, & reliquis particularibus occurrentiis pensatis. Exiguntur autem intantum ambæ condi-tiones, ut neutra earum possit scienter omitti sine peccato mortali. Scienter autem dico, hoc est secun-dum conscientiam eligentis: tenetur enim eligens, si absque peccati mortalis incursum vult eligere, tenere secundum suam conscientiam, quod ille quem elit, sit in gratia Dei, & quod sit ad tale officiū in hoc loco, hoc tempore, &c. melior omnibus, quos nouit posse haberi pro tali cura. Et ratio pri:ni est: quia existens in peccato mortali est indignus prælatione Ecclesiastica, ut pote non diligens Christum super omnia: ac per hoc impotens pascere Christi oves ex sua vita, quod præcipue exigitur in pastore. Ratio secundi est: quia postponere meliore minus bono in huiusmodi, non est sine crimine acceptioonis personarum, dum persona præponitur causæ.

Et scito hic idem esse iudicium de prouisore: hoc est

Electio Prælati. 123

est de illo qui per viam prouisionis absque electione facit pastorem. Secus autem est de confirmatore: quoniam confirmator non elegit pastorem, sed electionem supponit. Et sit dignus electus est, sufficit ei. Et melior cæteris ille haberi potest ex hoc ipso, quod electoribus solus iste præ cæteris gratus tunc est: est siquidem conditio ista multum faciens ad causam. Prælatus enim minus idoneus, gratus tamen ouibus, melior est illi Prælato magis idoneo, & minus illis accepto: quoniam ibi charitas coalescit: hic periculum operandi ex metu, &c. Si vero plures sunt nominati, & liberum est confirmatori eligere inter illos in quem consentiat, tenetur inter illos meliorem ad hoc præferre: ut de electore dictum est eadem ratione. Et hec quo ad secundam conditionem intellige, consideratio affectu & respectu ad bona temporalia (gradum scilicet, celstudinem, honorem, diuitias, &c.) quatenus sunt communia Ecclesiæ bona distribuenda inter Ecclesiæ membra: sic enim habet in huiusmodi electionibus locū acceptio personarū, qua iniuria irrogatur digniori, si posthabetur. Et haec dico propterea, quia si in electionibus spectaretur ad spiritale tantum officium, ad quod eligitur, quum eligatur ad onus, cessat ratio iniuriæ respectu dignioris: & sufficeret eligere dignum, sicut in cæteris onerosis officiis credimus sufficienter prouidisse, si eligimus dignum. Et ratio qua re postponeret digniorem, esset quia non tenetur eligere digniorem, quamvis melius facheret, si digniorem ad hoc eligeret. Vnde Paulus Apostolus quales debet pastores eligi, describēs ad Titū & Timoth. numquam meminit conditionis comparative scilicet quod sit cæteris magis dignus: sed tantum conditionum posituarum quæ requiruntur ad hoc, quod sit idoneus Episcopus: quia tunc Episcopi non beneficium, sed officium habebant: & quia ad id quod est per se, respicie.

vel
cce
ope
t ad
am.

ua-

con-
cio-
cato
in-
uod
peri.
e sed
ta-
ntius
ndi-
sine
cun-
ns, si
nere
igit,
oco,
osse
tens
esia-
a: ac
vita,
est:
odi,
dun
hoe
est

124 Electio Prælati.

se respiciebat Apostolus . Ex quibus patet non esse suo genere peccatum mortale , postposito digniore eligerè verè dignum in Ecclesiasticum pastorem: quia ex iis quæ sunt per se indicando , sufficit eligere sufficientem ad onus tale spiritale & ad dispensandā temporalia : quoniam secundum veritatem etiam ad onerosum officium respectu temporalium eligitur consequenter.

Electio secularis officialis (ut prætoris &c.) debet de persona ad officiū illud idonea fieri : ita quod op̄positum scienter aut negligenter faciens, peccat moraliter, propter nocumentum reipubl. quod ex ineptō rectore incurrere oportet . Ad eligendum autem meliorem ad hoc , quamvis fortè teneatur qui potest, non tamen video vinculum peccati mortalis , si placet sibi sufficere idoneum , quoniam non video hic acceptancem personarum: quia nec video habere hic locum iustitiam distributiuam , quum officium hoc non detur ciui, ut parti cōmunitatis . Et similiter non exigitur, quod credatur absque peccato mortali , quā non fiat pastor ouium Christi , sed custos pacis humanae in republica.

Et electiones quæ in commutationibus secularibus fiunt de suis officiis distribuendis suis ciuibus (sive sit prætura, sive quodcunque aliud notabile) regulari debent secundum regulas iustitiae distributiaz.

Etsi non vult errare qui nescit huiusmodi regulas, id est votum suum illi qui magis idoneus est ad hoc inter eos, qui digni sunt & possunt præponi . Quod ideo dico: quia si is qui verè est dignior , non potest præponi, quia aliis non placet , eligendus est dignior inter illos dignos, qui possunt haberi. Qui autē contra iustitiam distributiuam votum dat , peccat moraliter, nisi propter imperfectionem actus excusat: sicut in aliis vitiis contingit,

Eleemosyna